inopia probationum servos contra dominum interrogari posse manifestum est. PP. Kalend. Januar. FUSCO [1] II. & DEXTRO CONSS. 197.

Servi non audiuntur contra tutorem, vel matrem domini sui. Bald.

2. Iidem AA. & CC. Catulo.

INsolitum est [2], & grave exemplo, audiri servos adversus tutores [3], vel matrem [4] dominorum suorum: nisi tutelæ agatur. Proposita tertio Idib. Sept. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De feminis.

3. Imp. ANTONINUS A.

CUm [5] cognitionaliter audisset, dixit:

PRimum [6] servi alieni interrogabuntur, si præstita fuerint ex tanto scelere argumenta, ut videantur accedere ad verisimilia [7] causæ crimina. † Ipsa quoque mulier [8] torquebitur. Neque enim ægre feret, si torqueatur, quæ venenis suis viscera [9] hominis extinxit. PP. 7. Kal. April. SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De convictis & confessis aliis accusantibus.

4. Pars ex rescripto Imp. ANTONIN. A.

SCiuti [10] convictis confessisque ad societatem [11] scelerum vocantibus eos, a quibus apprehensi [12], custoditive sunt, facile credi non oportet: ita si evidentibus [13] rationibus post commissum communiter facinus, ad evitandam de se sententiam id [14] feciste fuerint probati, publicæ vindictæ non sunt subtrahendi. PP. 5. Kal. April. SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De his, qui libertatem supremo judicio acceperunt.

5. Imp. ALEXANDER A. Respecto.

NEc si mors testatoris vindicanda est [15], quæstioni indiscrete subjiciuntur hi, qui libertatem [16] supremo judicio acceperunt. PP. 6. Idib. Mart. JULIAN. II. & CRISPO CONSS. 225.

De servis & libertis.

6. Imp. GORDIANUS A. Herodiano.

PRidem placuit, domestica fervorum seu libertorum propriorum, vel maternorum interrogatione in cautis ad dominos, vel patronos pertinentibus abstinendum esse: ut neque pro [17] his, neque adversus [18] eos in capitalibus, vel pecuniariis [19] quæstionibus veritatis vim obtinere possit, quod in confessionem ab eis fuerit deductum. PP. 7. Idib. Maji, SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

De servis.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urbanæ.

SErvos, qui proprii indubitate juris tui probabuntur, ad interrogationem nec offerente [20] te produci sineremus: tantum abest, ut etiam invita te contra dominam vocem rumpere cogantur. PP. Kalend. Novemb. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De militibus & militia missis & eorum filiis. 1. Non esse a tormentis incipiendum: & de conditione personarum spectanda.

8. Iidem AA. ad Saluſtium præfidem.

MIlites [21] neque tormentis, neque plebeiorum pœnis in cauſis criminum ſubjungi concedimus, etiamſi non emeritis ſtipendiis ſuis videantur eſſe dimiſſi: exceptis his, qui ſcil. ignominioſe [22] ſunt ſoluti: quod & in filiis militum & veteranorum ſervabitur.

§. 1. Oportet autem judices nec in his criminibus, quæ publicorum judiciorum ſunt, ad inveſtigationem veritatis a tormentis *initium* [23] *ſumere*; ſed argumentis [24] primum veriſimilibus [25] probabilibuſque utique. Et ſi his veluti certis indiciis [26] ducti, inveſtigandæ veritatis gratia ad tormenta putaverint eſſe veniendum: tunc id demum facere debebunt, ſi perſonarum [27] conditio patiatur. Hac enim ratione etiam univerſi provinciales noſtri fructum ingenitæ nobis benevolentiæ conſequentur. PP. ſine die & CONS.

De cauſſa ingenuitatis.

9. Iidem AA. & CC. ad Chariſſimum præſidem Syriæ.

SUper ſtatu *ingenuitatis* per omnia interrogationum & quæſtionum veſtigia [28] decurrendum eſt: ne alienæ forte ſordidæ ſtirpes ſplendidis & ingenuis natalibus audeant ſubrogari: vel propria ac debita, per compoſitam quæſtionem, quibus competit, ſucceſſio denegetur. Dat. 6. Id. Maji. Emiſſa ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Si teſtamentum falſum dicatur.

10. Iidem AA. & CC. Ptolemæo.

CUm [29] teſtamentum falſum eſſe proponas: ad illuminandam veritatem *ſervos* hereditarios [30] (etſi libertas eis ab eo, qui ſe heredem eſſe adfirmet, præſtita eſt) etiam per tormenta interrogari, conſtitutionibus principum eſt permiſſum. PP. 6. Kal. Septembr. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De his, qui torquendi non ſunt.

11. Iidem AA. & CC. Boetho.

DIvo Marco placuit, *eminentiſſimorum* [31] quidem, necnon etiam *perfectiſſimorum* virorum usque ad pronepotes [32] liberos, *plebeiorum* pœnis, vel quæſtionibus non ſubjici: ſi tamen propioris gradus liberos, per quos id privilegium ad ulteriorem gradum transgreditur, nulla violati *pudoris* macula adſpergit. † In *decurionibus* [33] autem & filiis [34] eorum hoc [35] obſervari vir prudentiſſimus Domitius Ulpianus in publicarum diſceptationum [36] libris ad perennem ſcientiam & memoriam refert. PP. 5. Kal. Decembr. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Si quæſtio ſit de dominio ſervi.

12. Iidem AA. & CC. Aſpro.

QUoties de dominio *mancipiorum* tractatur, ſi aliis probationibus veritas illuminari [37] non poſſit: de ſe [38] ipſa eſſe [39] cum tormentis interroganda, juris auctores probant. PP. 3. Id. Maji, *Sirmii*, TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

Si de hereditate quæratur.

13. Iidem AA. & CC. Philippæ.

HOc, quod placet, ſi de hereditate quæratur, hereditarios [40] *ſervos* interrogari, tibi opitulari non poteſt. Ubi [41] enim de dominio incertum eſt [42], ad quem hereditas pertineat: merito per interrogationem hereditarii ſervi ad veritatis indaginem perventur. Tu autem adſeverando ſervum communem eſſe, non dubitas portionem ad eum pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quæ res quæſtionem haberi ab eo non permittit: cum nec communis [43] ſervus adverſus dominum communem, qui non occidiſſe ſocium [ſuum] dicatur, interrogari poſſit. S. 3. Kalend. Maji, *Heraclīæ*, AA. CONSS.

De ſervis.

14. Iidem AA. & CC. Conſtantio.

SErvos non ſolum pro dominis, ſub quorum dominio ſunt conſtituti, ſed nec pro his, quorum antea [44] fuerunt, interrogari poſſe conſtat. S. 8. Id. April. CC. CONSS.

Ubi de facto ſervi quæritur, ipſe poteſt torqueri. Salic.

15. Iidem AA. & CC. Maximo.

INterrogari *ſervos* de facto ſuo [45], non ſolum in criminali cauſa, ſed etiam in pecuniaria (veluti [46] quando per eos depoſiti, vel commodati nomine, vel aliis cauſis legibus cognitis res aliis præſtitæ ſunt) poſſe, non ambigitur. S. 5. Id. April. CC. CONSS.

De decurionibus.

16. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANUS AAA. ad Antonium P. P. Galliarum.

Decuriones [47] ſive ob alienum, ſive ob ſuum debitum exortes omnino earum volumus eſſe prœnarum, quas fiduciæ & tormenta conſtituunt. Quod quidem capitale [48] judici erit, ſi in contumeliam ordinis exitiumque tentetur. Majeſtatis [49] tantummodo reos, & (quæ nefanda dictu ſunt) conſcios, aut mediantes ex ordine municipali, maneat tam cruenta conditio. Dat. 15. Kalend. Octob. *Treveris*, VALENTE V. & VALENTINIANO AA. CONSS. 376.

De his, qui torqueri non debent.

17. Impp. ARCAD. & HONORIUS AA. Meſſalæ P. P.

NIhil [50] ſibi deflectens a juſtitia indignatio cognitorum, nihil venalis [51] exigentium terror in eas, quæ aut innocentia ſecuræ, aut principali ſunt honore munitæ, intelligat licere perſonas, ad inferendas injurias corporales: habeat hanc mercedem laboris multorum munerum teſtimoniis commendata devotio. Idemque & ſi munera decurionatus [52] quis depoſuerit: nam & ipſe propter priſtinam dignitatem quæſtionem non patitur. Datum 12. Kal. Sept. THEODOSIO V. C. CONS. 399.

1 Priſco. 2 Servi ne quidem inopia probationum torquentur contra dominorum tutorem, vel matrem: nili actio tutelæ inſtituatur. *Synopſ. Baſil. d. c. 22.*
3 Sunt enim domini loco. *l. 56. §. 4. ff. de furtis.* 4 *l. 10. § 2. ff. h. t.* 5 Vide inſcriptionem legis 1. *ſupr. de appellation.* 6 Si mulier acculetur, quali martium ſuum venenu necaverit, non in eam ſervi ſui tantum, ſed & alieni torquentur: prius tamen alieni, ac ſiquidem veritatis argumentum demonſtratum fuerit, ipſa vigore mulier torquetur. *Synopſ. Baſil. ib. cap. 24.* 7 *l. 8. §. 1. l. 9. h. t.* 8 Muller torqueri poteſt. 9 Poteſt ita legi, *venenis ſuis in viſceribus hominem extinxit.* 10 *Quæſtioni ejus latronis, quem qui obtulit, cum de eo conſteretur, ſolem accommodari non convenit, miſi id forte voluntas conſcientiæ ſuæ gratia, quam eum reo habuit, feciſſe deceatur.* Paul. *ſ. ſentent.* 16. § 10. hoc eſt, latroni convicto, confeſſoque non facile credendum, quoties ad ſocietatem ſceleris vocat eum, a quo oblatus & proditus eſt, niſi evidenter apparet commiſſo communiter ſcelere, captandæ imputitatis gratia, hunc ad illius deprehenſionem feciſſe. adde *l. 1. §. cum quis. 26. ff. h. t.* 11 *l. 1. §. 26. ff. h. t. l. 37. in fin. ſupr. de liber. cauſ. l. ult. ſupr. de accuſ.* 12 Vide *l. 1. §. 26. ff. h. t.*
13 Socio criminis creditur, quoties evidenter probat. 14 Hoc eſt, ſocium apprehendiſſe, cuſtodiſſe, obtuliſſe, prodidiſſe. 15 Nam de minore vigintiquinque annis quæſtio non habetur. *l. 10. ff. h. t.* ſed nec de eo, qui non fuit ſub eo ſem teſto. *l. 1. §. 26. ff. de SC. Silaniano.* 16 *l. 19. ff. h. t. l. 1. §. 5. ff. de SC. Silaniano.*
17 Servus in dominum & pro domino; libertus in patronum & pro patrono torquetur non debet. *l. 7. ſupr. h. t.* 18 *l. 1. §. 5. ff. h. t.* 19 *l. 1. in fin. ſupr. h. t.*
20 *l. 6. ſupr. h. t. l. 18. §. 7. ff. h. t.* 21 Idem de quibuſdam aliis perſonis. *l. 11. ſupr. h. t. & decurione. l. 9. §. 11. ff. de pœn.* ſed hæc deſueta ſunt in Gallia. Rebuff. *in præam. conſt. gloſſ.* 5. *nunc.* 115. 22 Ignominioſe miſſi non fruuntur privilegio militum. 23 A tormentis initium fieri non oportet, *ut hic, & l. 1. ff. h. t. In criminibus eruendis, quæſtio quidem adhibetur, ſed non ſtatim a tormentis incipiendum eſt: ſed prius argumenta inquirendum eſt: & ſi ſuſpicione aliqua reus urgetur, admittis tormentis, ſi præterea. l. non. 8. ff. ad leg. Cornel. de ſicariis.* 24 *l. 1. §. 1. l. 3. §. 2. ff. h. t.* 25 *l. 3. §. 2. l. 7. l. 17. ſupr. ad l. Corn. de falſis.* 26 Subſcriptionibus, *l. ult. ff. h. t.* plus ali, quam ſi indicio vixiſſet. An aliquis unius teſtis ſuffragio ad quæſtionem? ſufficere non videtur *l. 20. ff. h. t.* quod Boſſius non probat 3. *prælt. 6. num. 26. 27. 28.* 27 Vid. Roland. a Valle 1. *conſ. 24. num. 36. & ſeq.* 28 Puta per ſervos, maxime ſi aliter veritas cognoſci non poteſt. *l. 9. l. 18. §. 4. ff. h. t.* 29 Torquentur ſervi hereditarii, quum teſtamentum falſum eſſe dicitur. *Synopſ. d. tit. §. 1. 31.* 30 Servi hereditarii torqueri poſſunt. *l. 18. ſupr. h. t.* 31 *l. 10. ſupr. de dignitat. l. 16. ſupr. h. t.* id non ubivis, ſed in Gallia, vid. Rebuff. *proam. conſtit. gloſſ.* 5. *num.* 115. 32 Vid. *l. 3. ff. de veteranis.* vid. Forn. 2. *ſelect.* 10. 33 *l. 16. ſupr. h. t. l. 9. §. 11. ff. de pœnis.* 34 *l. 2. §. 2. ff. de decurionib.* 35 *Hoc non obſervari.* Cujacius ita legit, 20. *obſerv.* 29.
36 *Diſputationum.* Hal. 37 Φωτισθῆναι. *Synopſ. Baſil. ibid. cap.* 32. 38 *l. 15. ſupr. h. t.* 39 Legendum videtur, *de ſe*, nam Græci legunt, περὶ ἑαυτοῦ, hac ſententia: Quoties de dominio mancipiorum quæritur, ſi veritas aliis probationibus illuminari non poteſt, ipſa de ſe cum tormentis interroganda ſunt mancipia. *Syn. d. loco.*
40 *l. 10. ſupr. & l. ult. §. 2. l. 8. §. 6. l. 2. l. 6. in fin. l. 17. §. 2. ff. h. t.* 41 Hæc diſtinctio hodie fubiata eſt. *l. ult. ſupr. h. t.* 42 Id eſt, ubi de hereditate inter duos litigatur. *l. 3. §. ff. h. t.* 43 Vid. *Synopſ. ibid. cap.* 33. vid. quæ dixi ad *l. ult. ſupr. de legatis. l. 8. §. 1. ff. de in jus vocando.* 44 Pro fiſco ſuo, de ſe, in fe. *l. 12. §. ff. l. 8. §. 22. ff. h. t. l. 8. §. ff. de probationib.* Paul. *ſ. ſent.* 16. §. 1. 46 Servum de facto ſuo interrogari poſſe, ratio æquitatis oſtendit. Nec enim obeſſe ei debet, qui per ſervum aliquid ſine cautione commodat aut deponit. *d. §. 1.*
47 *l. 2. C. Theod. l. 17. in fin. §. & l. 11. in fin. ſupr. h. t. l. 33. §. ff. de decurionibus. l. 10. §. de dignitatibus.* vid. quæ dixi ad *l. 9. ſupr. h. t. & ad tit. inſt. de decurionib.*
48 Torqueris, aut ſupplicii ſubjicieris cum, qui torqueri non debet, judex capite puniatur, *ut hic, argumenta quoque a minori ad majus ducta ex l. 1. in fin. C. de privatis carceris.* non igitur nuda injuriarum actione tenentur: cum ipſi viciſſim ſuo ex ſcelere torqueantur talionis lege. *l. pen. ff. h. t.* ut ex communi opinione refert Hippolytus Marſilius *in l. 1. §. præterea. t. mun. 8. ff. ad leg. Cornel. de ſicariis.* 49 *l. 10. §. 1. ff. h. t. l. 2. 4. 8. ad l. Jul. majeſt.* 50 *l. 6. Cod. Theod.* 51 *l. 7. t. quando provoc.* 52 Vid. *l. 16. ſupr. h. t.*

Si de hereditate, vel de rebus hereditariis quæratur.

18. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P. P.

DE tormentis hereditariorum [1] *ſervorum* fancimus nullo [2] diſcrimine ſecundum anteriores leges & conſtitutiones interpoſito, ſive de jure hereditatis aliqua moveatur inter heredes quæſtio, ſive de corporibus tantum hereditariis, ſive de utroque eorum: ſervos de corporibus tantum hereditariis interrogari, & licere ſervos eos tantummodo, qui res gerendas detinent [3], ſive in ſervitute relicti ſunt, ſive libertatem adipiſci per ultimam teſtatoris voluntatem præcepti ſunt, in quæſtionem rerum hereditariarum deduci, & ex his ea, quæ occultata ſunt, revelari: prius tamen ſacramento [4] ſuper his a nobis ſtatuto, præſtando. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. XLII.
DE ABOLITIONIBUS [5].

Accuſatio cujus abolitio conceſſa eſt a Præſide, non repetitur niſi a Principe impetretur. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Paternæ.

PRæſes provinciæ ſi perſpexerit abolitionem ad [6] omnia crimina, quæ mota ſunt, pertinentem a ſe impetratam: ne ſemel [7] finita inſtaurentur, interceſſione auctoritatis ſuæ proſpiciet. Supplicatione [8] vero porrecta nutui Principali, præfata abolitione ſopitum crimen ab [9] eadem perſona revocari [10] poteſt. PP. 15. Kal. Dec. DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

Abolitio privata concedenda eſt a judice cauſſa cognita. Salic.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium P. U.

ABolitio [11] præſentibus partibus cauſa cognita non a Principe, ſed a competenti [12] Judice poſtulari debet: id eſt, ſi per errorem [13] ſeu temeritatem, ſeu calorem ad accuſationem profiluerit: hoc enim accuſator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per deceptionem, vel pecuniis a reo corruptus ad poſtulandam abolitionem venit: redemptæ [14] miſerationis vox minime admittatur: ſed adverſus nocentem reum inquiſitione facta, pœna competens ingeratur [15]. Hi autem, qui ſuam [16] ſuorumque injuriam defendunt, & qui cognatos ſuos in accuſationem deducunt: omnimodo abolitionem petere non prohibentur. Dat. 16. Kal. Decemb. *Serdicæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 319.

Per calumniam accuſanti non debet abolitio concedi. Salic.

3. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Probum.

FAlliciter [17] incuſantibus accuſationis abolitio non dabitur. Sin autem ſincera mente accuſationem inſtituerit, & reus aliquid injuriæ inſcriptionibus illatæ toleraverit, (id eſt, ſi vel carceres [18] ſuſtinuerit, vel tormenta, vel verbera, vel catenas) abolitio non petetur: niſi forte ille, qui hæc paſſus eſt, ſuum conſenſum [19] ad petendam abolitionem accommodaverit. Quando autem reus nihil tale paſſus eſt: poſtquam [20] fuerit Officii cuſtodiæ traditus, intra dies triginta accuſatori petenti, etiam invito reo, dari permittitur: Poſt hoc vero tempus niſi reus conſentiat, cenſemus non eſſe tribuendam. Quod ſi ingenuorum, licet plebejorum, qui conſcii & participes criminum non erant, teſtimonii [21] gratia corpora fuerint lacerata verberibus, tormentisque vexata, abolitionem etiam duarum partium conſenſu petitam, jubemus vigore Judicis denegari: & crimen propoſitum, cujus examen tormentis jam cœperat agitari. Sin autem teſtibus tormenta minime ſunt illata, etiam ſic [22] abolitio non dabitur in [23] illis criminibus (ut in vi lata majeſtate [24], aut patria oppugnata, vel prodita, aut peculatus admiſſo, aut falſamentis deſertis, omniaque quæ jure vetere continentur) in quibus judex non minus accuſatorem ad docenda quæ detulit, quam reum ad purganda quæ negat, debet urgere. Dat. 2. Id. Oct. *Treveris*, VALEN. N. P. & VICTORE CONSS. 369.

TIT. XLIII.
DE GENERALI [25] ABOLITIONE.

Generali abolitione finita, intra XXX. dies accuſatio poteſt repeti, & non ultra. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Rutiliano Conſulari Ciliciæ.

QUi potentatus [26], & vis, aliorumque criminum reum fecit, ſi poſt abolitionem ex forma ſolita reorum factam, & poſt edicta propoſita intra diem ſtatutum [27] repetere ſuperſederit: perſequi crimina volens non eſt audiendus. PP. 8. Kal. Maji, LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Si reus non erat accuſatus tempore, quo publica abolitio ſupervenit: ea finita etiam poſt XXX. dies accuſari non prohibetur. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Paulino.

CUm eo tempore, quo indulgentia noſtra crimina extinxit, accuſatio a te inſtituta non [28] fuerit: publicæ abolitionis præſcriptio ceſſat. PP. 6. Id. Februar. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Indulgentia remittit pœnam, non infamiam. Salic.

3. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. ad Senatum.

INdulgentia [29], Patres [30] Conſcripti, quos liberat, notat [31]: nec infamiam [32] criminis tollit: ſed pœnæ [33] gratiam facit. Dat. 14. Kal. Jun. *Treveris*, GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

TIT. XLIV.
UTI INTRA [34] CERTUM [35] TEMPUS CRIMINALIS QUÆSTIO TERMINETUR.

Non proſequens accuſationem intra tempus legitimum, in quarta parte bonorum mulctatur, & infamia notatur. Salic.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Deſiderio Vic. Aſiæ.

QUisquis [36] accuſator reum in judicium ſub inſcriptione detulerit, ſi intra ſtatutum tempus accuſationem cœptam perſequi ſuperſederit, vel (quod eſt contumacius) ultima die adeſſe neglexerit: quarta [37] bonorum omnium parte multatus, aculeos conſultiſſimæ legis incurrat: ſcilicet manente infamia, quam veteres juſſerant ſanctiones. Dat. 4. Id. Jul. *Treveris*, ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

Dilationes neceſſarias non ſupervacuas debet judex dare utrique parti. Salic.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P. P. poſt alia.

NOverint [38] judices, cuilibet culmini, honorive præſidentes, neceſſariis utrique parti (ſi petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus ſcilicet inſcriptionibus, intra [39] certum tempus criminales cauſas limitandas: quo emenſo, ſubeat accuſator, qui deſtitit [40], pœnam legibus conſtitutam. Et ſi perſona vilior fuerit, cui [41] damnum famæ non ſit injuria, pœnam patiatur exilii [42], niſi forte intra ſtatuti temporis metas conſenſus partium abolitionem popoſcerit. Judicum autem debet eſſe diligentia, ut ſi nulla rationabilis a reo, vel accuſatore dilatio [43] poſtuletur, urgeant talium cauſarum notionem non expectatis moris. Dat. 12. Kal. Februar. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

Cauſſa criminales intra biennium ſunt terminandæ, pœna judici negligenti imminente.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

CRiminales cauſas omnimodo intra duos [44] annos a conteſtatione [45] litis connumerandos finiri cenſemus, nec ulla [alia] occaſione ad ampliora produci tempora: ſed poſt biennii excellum minime ulterius lice durante [46], accuſatum abſolvi: ſcientibus Judicibus eorumque Officiis, quod ſi litigatoribus admonentibus, ipſi litis introductionem vel examinationem diſtulerint, pœna vicenarum librarum auri feriantur. Dat. Kal. April.

TIT. XLV.
AD SENATUSCONSULTUM TURPILLIANUM [47].

Deſiſtens præter abolitionem a cauſſa criminis publici judicii, incidit in Turpillianum. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Amato.

IS [48] demum in Senatusconſultum incidiſſe videtur, qui crimen publici [49] judicii detulit: & cauſa criminis ordinata (id eſt, *inſcriptionibus depoſitis, & fidejuſſore* [50] *de exercenda lite præſtito*) eoque

1 *l. 13. ſupr. h. t.* 2 Abrogatur lex 13. *vers. ubi. ſupr. h. t.* 3 Detentionem rei alienæ ad quæſtionem ſufficere, hinc nonnulli colligunt, & male. Nam *detinentis* vocabulo hic intelligitur ſervus, qui notitiam rerum domini habet. *l. 22. vers. Ante. ſupr. de adm. tut.* 4 *l. 1. ſupr. de jurejur. propter calumn.*

5 *L. 9. C. Theod. 37.* dixi ad *L. 28. D. 16. & 60. Synopſ. Baſil. 1. ex tit. 64.* περὶ τῶν ἐγγράφων ἀιτιῶν κατηγορίων, de accuſatoribus abolitionem petentibus. *l. 16. §. ad l. Jul. de adult. l. 15. §. de jure fiſci.* 6 Abolitionis ad omnia crimina, quæ mota ſunt, genus obſerva. 7 Semel finita non inſtauretur. 8 Reſcripto principis abolitio a præſide conceſſa repeti poteſt. 9 Poſt abolitionem privatam, reus intra triginſimum diem a delatore ſuo repeti non poteſt, *ut hic. l. 3. §. adh. ff. de accuſ. l. multer. 4. in fin. ff. ad SC. Turpill.* poſt abolitionem publicam, intra illud etiam ſpatium a ſupplicatore repeti poteſt. Vid. *l. 1. ff. de generali abolitione.* 10 *Renovari*, Hal. 11 *l. 2. C. Th. h. t.* 12 *l. 16. ſupr. ad l. Jul. de adult.* 13 *l. 10. §. ff. de jud. extr. l. 1. §. ff. de offic. fiſci.* 14 Deſumptum ex *l. 1. in fin. Cod. Theod. h. t.*
15 Exeratur. *l. 16. l. 29. §. 1. in fin. ff. ad l. Jul. de adult.* Abolitionis petendæ juſta cauſa eſt, ſi quis ſine ſuorumve injuriæ gratia accuſationem inſtituit. *l. 17. l. 2. C. Th. h. t. Gratianus, Valentianus & Theodoſius, l. 9. J. de ex crimin.* Abolitionem petere non poteſt, qui ſciens, ſe non vera proferre, accuſavit. At ii quis vere commiſſum crimen exiſtimans, egerit, & injuriam reus perpeſſus fuerit, abolitio non petitur, niſi conſentiat is, qui adeptus eſt injuria. Quod ſi nihil injuriæ pertulit, poteſt accuſator intra triginta dies pœnitere. Poſt illos dies triginta, niſi reus conſentiat, non poteſt: ſin autem ſine, qui produxit erant, torti fuerint, quamvis alii conſenſerint, abolitio dari non debet. *Syn. ibi. cap.* 3. 16 Vid. *Aſcl. ſtyph. l. 6. verſ. 37.* 19 *Fel. d. l. 5.*
20 Sumptum ex *l. 4. C. Theod. h. t.* Honorii & Theodoſii. 21 Sine quæſtione, & ſi ſine teſtibus tortis abolitio non petitur, etiamſi acculatori conſentiat reus. 22 *Etiamſi*, Hal. adde *l. 3. ſupr. de epiſc. aud.* 23 Sumptum ex *l. 2. in fin. Cod. Theod. h. t.* Ideoque hæc conſtitutio conflata ex tribus conſtitutionibus, ut *hic*, argumenta quoque *a minori ad majus ducta ex l. 1. in fin. C. de privatis carceris.* Et Honorii: utraque hic tribuitur Valentiniano & Valenti. 24 Hinc colligunt, aliud majeſtatis, aliud perduellionis crimen. vid. Cujac. *6. obſ. 25. in fin.*

25 Et publica, *l. 10. §. 1. ff. ad SC. Turpill.* quæ ſit ipſo jure, pro tempore certo ſeditionem. vid. *l. 3. ſupr. de epiſc. aud.* hinc titulo reſpondet titulus *C. Theod. de indulg. criminum.* 26 Poſt abolitionem publicam reus a ſuo delatore etiam intra triginſimum poſt privatam non poteſt. *l. 1. ſupr. tit. prar.* 27 Dierum 30. *d. l. 10. §. 2. Paul. ſ. ſent. 17. §. 1.* 28 *d. §. 2.* 29 *l. 5. C. Theod. de indulg.* abolitionem principes concedens facit, ut pœna corporalis ableatur: infamiam vero, quæ naturaliter publicæ criminæ comitatur, non abolet. *Syn. ibid. c. 4.* 30 Patres conſcriptos, etiam a principe, ſenatores inter ſe junctos appellari foliros, alias dixi.
31 *l. 7. ff. ad SC. Turpill.* Hinc illud Ovidii, *Pœna poteſt tolli, culpa perennis eſt.* Imo non *c. d. abolitum.* 32 Inſulgentia five generalis ſit, five ſpecialis, infamiam non collit. *ut hic.* adde *l. 6. l. 7. ſupr. de ſent. paſſis.* vid. Sfortiam Oddum *tract. de reſtit. q. 439. art. 1. loco n. 2.* 33 Indulgentia pœnam corporalem remittit, non infamiam. vid. Sfortiam Oddum *d. loco n. 2.* 34 Acculator intra biennium ſum acculationem implere debet. Quod ſi negligens fuerit, & ultima die non adſit, vel differat, quarta bonorum ſuorum parte mulatur, & infamia notatur. 60. *Syn. Baſ. tit. 1. ex tit. 65. & 1. Harm. 2. 9. 37.*
annum C. l. 1. C. Th. 36. vid. Cujac. *1. obſ. 8. annum, inquam, ad l. 6. §. 2. in fin. ff. de cuſtodia. l. 2. in fin. C. Theod. ad l. Corn. de falſ. l. 15. §. ff. ad SC. Turpill. l. 7. ff. de numerib.* adde *l. 13. ſupr. de jud. hodie biennium, l. ult. ſupr. h. t. l. 7. ff. de Eſleg. d. loco.* 36 *l. 1. C. Th. h. t.* 37 Pœna non agentis actoris intra legitimum tempus, multa quartæ partis bonorum & infamia. 38 Vid. *l. 2. C. Th. h. t.* vid. Cujac. *d. loco.* Cauſa criminalis intra duos annos impleri debet, ab inſcriptionis die computandos, neceſſariis dilationibus, ut quæ partis conſultis. Elapſo hoc tempore, qui negligens fuit accuſator, pœnam legibus conſtitutam ſubeat: & ſi vilior eſt, relegetur, niſi forte intra ſupra dictum tempus abolitionem petierit. *Synopſ. d. c. 65.* 39 Vid. *l. 13. ſupr. de judic. l. 6. §. 2. l. 12. ff. ad SC. Turpill.* 40 *l. 16. ſupr. ad l. Jul. de adult.* 41 Vili perſonæ ſumma famæ injuria non eſt. adde *l. 15. §. 28. ff. de injuriis.* vid. Bellovid. *l. 3. n. 70.* 42 Id eſt, relegationis. *Cæterum l. 4. ſupr. ad l. Jul. de adult.* Puniendus infamis, ſi ipſe jam infamis ſit, alia punienous eſt pœna. vid. Anton. Corſet. *ſingulari, pœna.* quo jure notant, eum, cui memorum aliquod abſcindi debeat, aliam pœnam infligi, ſi eo membro deſtituatur. 43 Vid. *l. 1. in fin. ff. de feriis & dilat.*
44 Olim annus *l. 9. C. Theod. 36.* dixi ad *inſcriptionis. hujus tit.* Infantia igitur late ſua cauſæ criminalis, biennio tantum curat, ut hic, ſallit in ſpecie, *l. uv. §. 1. ſupr. ut annuus ſpatium, l. de ſubmerſis. §. ult. de manſionariis.* 45 *l. ult. ff. de dolo, cap. venerabilis. 20. exc. de pact. civilis, triennio. l. properandum. 13. §. de judiciis.* 46 Olim a die inſcriptionis. *d. l. 2. Cod. Theod.* 46 *l. 7. ſupr. qui accuſare, l. 18. ff. de accuſat.*
47 Dixi ad *L. 48. D. 16.* 48 Calumniæ tenetur, qui & inſcripſerit & deſiſtere dederit, & aliquem apprehendi curaverit, & citra abolitionem deſiterit. *Syn. Baſ. tit. 61. ex tit. 61. cap. 6.* 49 *l. 3. ſupr. de calumn.* 50 60. *Ecleg. 1. ex tit. 66. cap. 1.*

qui accusatur, sub custodia [1] Officii facto, non impetrata abolitione ab executione [criminis] destitit.

Fidejussor non tenetur ultra quantitatem quam promisit. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Appio.

SI pro eo qui in crimen subscripsit, fidem tuam astrinxisti, isque destitit, & commissa stipulatio est: non ultra [2] quantitatem quam spopondisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilominus notando [3], & extra ordinem [4] secundum judicialem motum puniendo.

Desistens ab accusatione criminali sub prætextu certæ finalis causæ, non potest ad illam reverti. Bald.

3. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Syllano.

QUamvis eum ordinem scriptura contineat, ut primo abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur, non observantibus tamen adversariis pactorum fidem, instaurare [5] accusationem minime potes, a qua ipse destitisti. PP. Prid. Non. Jul. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

Qui accusationem deseruit, amplius illam non repetit. Salic.

4. Iidem AA. Patrophilo.

SI is de quo supplicas, contra parentes vestros desertam (ut dicis) accusationem coeperit persequi: præscriptio illi in judicio Præsidis destitutæ [6] rei poterit opponi. PP. Prid. Non. Maji, SECULARI & DONATO CONSS. 261.

Mulier pacto desistens ab accusando, incidit in Turpillianum. Salic.

5. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Matronæ.

SI fœmina suam [7], suorumque injuriam exequatur, cum ipsa pacto [8] contra vetitum destitisse profiteatur: in Senatusconsulti Turpilliani pœnam eam incidisse certi juris est. S. 7. Non. April. CC. CONSS.

Ille dicitur destitisse, qui deposuit animum prosequendi, non qui aliquantisper distulit. Bald.

6. Idem AA. Lucilio.

IN executionibus criminum obtinuisse videtur, illos destitisse, qui animum [9] accusationis implendæ prorsus deseruerunt. Cum igitur aliis ex causis [10], vel simplicitatis [11] ratione, necdum te ad finem vindictæ perveniffe preces tuæ testentur, poteris postposita formidine impedimenti super aliquantulo silentio, institutam accusationem secundum leges perferens, quam probabis tibi debitam vindictam reportare. PP. 3. Kal. Jul. DIOCLET. VI. & MAXIM. AA. CONSS. 296.

TIT. XLVI.
DE CALUMNIATORIBUS [12].

Accusatoris calumnia judicis officio mercenario punienda est tempore, quo ferter absolutoria, non postea. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Sabino.

CAlumnia eo *tempore* coërceri solet, quo [13] de causa præsente accusatore judicatur: ideoque posteaquam de causa judicatum est, contra consuetudinem calumniam accusatoris puniri desideras.

A præsumpta calumnia excusatur mater, & heres vindicans necem defuncti. Salic.

2. Idem A. Apollonio.

MAter [14] inter eas personas est, quæ [15] sine calumniæ timore necem filii sui vindicare possunt. Ideoque beneficium Senatusconsulti, & in aliis publicis judiciis fervatum est. † Sed extraneus *heres* [16], qui suspicionem quam de morte sua habuisse defunctus cavit, exequitur, hoc nomine a calumnia excusatus est: cum inter voluntariam accusationem [17], & officii necessitatem heredis, multum interfit. PP. 6. Kal. Jul. JULIANO & CRISPO CONSS. 225.

Non probans crimen, quod intendit, non infamatur, nisi de calumnia damnetur. Salic.

3. Idem A. Æmilio.

QUi *non* [18] *probasse crimen, quod intendit*, pronunciatur, si calumniæ non damnetur, detrimentum existimationis non patitur. Non enim si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest justam habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

Filius accusans de morte patris, excusatur a præsumpta calumnia. Bald.

4. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Arcadio.

CAlumniæ pœna in *paterna* [19] *mortis accusatione* cessat. PP. 11. Kal. Decembr. CARO, & CARINO AA. CONSS. 283.

In causa criminali non probans punitur de calumniis, non in causa civili etiam liberali. Salic.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Cæsio.

QUi *calumniatores* [20] pronunciantur, in publicorum [21] duntaxat judiciorum quæstionibus, non etiam in liberalibus causis, quæ privatas disceptationes continent, periclitari solent.

Facions torqueri servos alienos per calumniam, tenetur ad dupium. Bald.

6. Iidem AA. Domitio.

DOminis [22] *servorum* per accusatoris calumniam tortorum, adversus eum pœna dupli [23] lege Julia providetur. S. 15. *

Ante inscriptionem accusatoris nedum rens non debet adduci, sed nec accusatio recipi. Salic.

7. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Valerianum P. U.

NOn [24] prius quenquam Sinceritas tua ad tuæ sedis examen jubebit adduci, quam solennibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris adferere: cum juxta formam juris antiqui, ei, qui cœperit arguere [25], aut vindicta propofita sit, si vera detulerit: aut supplicium [26], si fefellerit.

Accusator licet subnuissus, a pœna calumniæ non excusatur. Salic.

8. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEODOS. AAA. Menandro Vic. Asiæ.

NOstris [27], & parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est, eos [28], qui accusationem *alienis nominibus* præsumsissent, delatorum numero esse ducendos: atque ideo calumniosissimum caput [29], & personam judicio irritæ delationis infamiæ [30] supplicium sequatur: quo possihac singuli universique cognoscant, non licere in eo, quod non possit ostendi, Judicum animos commoveri. Dat. 8. Id. Maji, *Constantinop.* ARCADIO A. & BAUTONE CONSS. 385.

Per calumniam accusantibus non prosunt beneficia abolitionum, etiam a principe concessa. Salic.

9. Iidem AAA. Floro P. P.

FAllaciter [31] incusantibus, maxime post exhibitionem accusati, nullius juris color veluti derivata excusatione proficiat: non publica [quidem] abolitio, non privata talibus proficiat subveniatque personis: non specialis indulgentia, nec beneficium quidem eos generale subducat. Dat. 15. Kal. Jun. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

Nemo potest mentiri impune. Bald.

10. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. CONSS. Præt. Trib. pleb. Senatui S. D.

QUisquis crimen intendit, non [32] impunitam fore noverit licentiam mentiendi: cum calumniantes [33] ad vindictam poscat similitudo [34] supplicii. Dat. 8. Id. Auguft. *Ravennæ*, ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

TIT. XLVII.
DE POENIS [35].

Collatio damnatorum in opus perpetuum & deportatorum.

1. Imp. TITUS ÆLIUS ANTONINUS A. Lucio.

ETiam in *opus perpetuum* [36] damnati, non dissimilis conditionis sunt ab his, qui deportantur in insulam. PP. sine die & CONSS.

De Procuratore Cæsaris.

2. Imp. ANTONINUS A. Valerio.

PRocurator [37] meus, qui vice Præsidis non fungebatur, exilii tibi pœnam non potuit irrogare; ac propterea frustra veteris sententiam, quæ nulla juris ratione subnixa est.

De Decurionibus.

3. Idem A. Senatui.

DEcurionem [38] in opus publicum dari non oportere manifestum est.

De nato ex damnata in metallum.

4. Idem A. Marinæ.

SI ante [39] *conceptus* est puer, de quo libellos dedisti, quam mater ejus in metallum condemnaretur: natus conditionis ejus est, cujus ante condemnationem ejus mater fuit.

De liberis veteranorum.

5. Idem A. Senatui.

HOnor *veteranis* etiam in eo habitus est, ut liberi [40] eorum usque [41] ad primum duntaxat gradum pœna metalli [42], vel operis publici non afficiantur, sed in insulam relegentur.

De vinculis perpetuis.

6. Idem A. Alphio.

INcredibile [1] est, quod allegas, liberum hominem, ut *vinculis* [2] *perpetuis* contineretur, esse damnatum. Hoc enim vix [3] in sola fervili conditione procedere potest. PP. 3. Id. Febr. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De ætate.

7. Imp. ALEXANDER A. Isidoro.

IMpunitas delicti propter [4] *ætatem* [5] non datur, si modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur, cadere potest [6].

De bonis damnatorum.

8. Idem A. Victori.

DEportatorum [7] in insulam ab eo, cui id faciendi jus erat, bona fisco vindicantur: *relegatorum* autem, non [8], nisi [9] sententia specialiter adempta fuerint.

De condemnatione in ministerium metallicorum, vel in opus metalli.

9. Idem A. Demetrio.

SI matrem tuam *decurionis filiam* [10] fuisse probatum fuerit, apparebit eam non oportuisse in ministerium metallicorum, nec in opus metalli dari.

De vinculis.

10. Idem A. Catulo.

SErvus sub pœna *vinculorum* sine [11] temporis præfinitione domino [12] reddi justus sententia Præsidis provinciæ, perpetuo [13] vinctus esse debet.

De metalli supplicio.

11. Imp. GORDIANUS A. Titiano.

METalli *supplicium* tam ad personas liberas [14], quam etiam ad ferviles [15] pertinet conditiones.

De filiis decurionum. 1. *De vocibus populi.*

12. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. in Consistorio dixerunt.

DEcurionum [16] *filii* non debent bestiis subjici. §. 1. Cumque a populo exclamatum esset, iterum dixerunt: Vanæ [17] voces populi non sunt audiendæ [18]: nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant.

De servis.

13. Iidem AA. Visino.

SErvo ex sententia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis jus [19] amputatum non sit, domino suo obsequi eum par est.

De pœna temporali operis publici.

14. Iidem AA. & CC. Vicario.

SI operis publici temporalis pœnæ sententia præfinitus nondum *excessit dies*, hunc expectari [20] convenit: cum non [21] remitti pœnam facile, publice interfit: ne [22] ad maleficia temere quisquam profiliat.

De pœna non revocanda.

15. Iidem AA. & CC. Agatho.

POenam sua dictam sententia præsidi provinciæ *revocare* non [23] licet.

De sententia capitali.

16. Imp. CONSTANT. A. ad Catulinum Proconsulem Africæ.

QUi [24] sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non [25] prius capitalem in quempiam promat feveramque sententiam, quam in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimine, aut [26] sua [27] confessione, aut certe omnium [28], qui [29] tormentis, vel interrogationibus fuerint dedici, in unum conspirante [30] concordanteque [31] rei finem, convictus [32] sit: & sic in objecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quæ commiserit, negare sufficiat. Dat. 3. Non. Novembr. *Treveris*. Accepta 15. Kalend. Maji, *Hadrumeti* [33] VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

In qua corporis parte pœna scribi debet.

17. Idem A. Eumelio.

SI [33] quis in metallum [34] fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in ejus facie [35] *scribatur*: cum & in manibus & in furis possit pœna damnationis una inscriptione comprehendi: quo facies [36], quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minime maculetur. Dat. 12. Kalend. April. *Cabilono*, CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 315.

De condemnatione non differenda.

18. Imp. CONSTANTIUS A. Theodoro V. P. Præsidi Arabiæ.

CUm [37] reis manifesta [38] probatione convictis spatium temporis ante sententiam datur, facultas supplicandi, [vel quibusdam malignis artibus, tam præsidum, quam officialium, pœnas evitandi [39] criminosissimis pater: cum & in homicidii crimine, & in aliis detectis gravioribus causis ultio differenda [40] non sit. Igitur de cætero juxta criminis qualitatem legem oportet fervari, & in scelerosos, & noxios proferri juris sententiam. Dat. Id. Oct. CONSTANTIO A. IV. & CONSTANTE C. CONSS. 342.

Ne quis pœna causa alicui corpori addicatur.

19. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Olybrium P. U.

NE [41] quis pro coërcitione delicti, vel pistoribus [42], vel cuicunque alteri *corpori* (cum alterius sit corporis) *addicatur* [43]: sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum congruæ severitatis excipiat. Dat. 3. Id. April. VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De rescriptis.

20. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Flaviano P. P. Illyrici & Italiæ.

SI [44] vindicari in aliquos *severius* contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu jusserimus, nolumus *statim* eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam: sed [45] per dies triginta [46] super statu eorum fors, & fortuna *suspensa* sit [47]. Reos sane excipiat vinciatque custodia & excubiis solertibus vigilanter observet. Dat. 15. Kalend. Septembr. *Veronæ*, ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

De apparitoribus.

21. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Principium P. P.

NE [48] diu apparitorum prava [49] admodum venalisque perfidia impune in publica commoda desæviat, censemus etiam in *absentes* eos pro competenti ultione debere consurgi. Dat. Kalend. Jun. ARCAD. A. & BAUTONE CONSS. 385.

Qui puniendi sunt.

22. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

SAncimus [50], ibi esse pœnam, ubi & noxia est. Propinquos [51], notos familiares procul a calumnia summovemus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim adfinitas, vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Hoc singulis quibusque judicibus intimetur. Dat. 8. Kalend. Auguft. *Constantinop.* EUTROPIO & THEOD. VV. CC. CONSS. 399.

De exilio.

23. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Anthemium P. P.

OMnes [52], quos damnationis conditio diversis exiliis [53] destinatos, metas temporis præfinituti in carceris impleffe [54] custodia depre-

1 Officium suum quemque facere præsumi, hinc colligunt. 2 Pœna perpetuorum vinculorum liberis hominibus imponi non potest. vid. *l.* 35. *ff. h. t.* vid. *l.* 10. *in fin. l.* 11. *h. t.* 3 Pejauntur mitius liberi, quam servi. 4 Harm. 6. §. 3. Goth. *Sententiæ, Sirm. l.* 9. §. 2. *ff. de minoribus. l.* 36. *ff. ad l. Jul. de adult.* Amf. 5 60. *Eclog.* 51 *c.* 34. *l.* 6. *fuspr. ad l. Corn. de ficar.* 6. Harm. 9. doli capaceem fe. 6 Id eft. si modo fit proximus pubertati, & ea ætatis, in quibus delinquit. *d. c.* 34. *l.* 16. 7 Bona deportati confiscantur, non relegati. *l.* 97. *ff. de reg. jur.* 8 *l.* 1. *l.* 14. §. 1. *D. de interdict. & relegat.* vide quæ notavi ad *l.* 8. §. 3. *ff. de bonis damnat.* Inde colligunt, non omnes confiscatos esse deportatos, licet omnes deportati sint confiscati. vide Cujac. *ad l.* 5. *instr. de conveniend. fisc.* 9 Vide *l.* 5. *fuspr. h. t. l.* 5. *fuspr. ex quib. caus. in fin.* 10 Vide *l.* 12. *h. t.* 11 *l.* 23. *ff. h. t.* 12 *l.* 13. *instr. h. t.* 13 *l.* 6. *in fin. fuspr. h. t. l.* 17. §. 19. *ff. de adult.* id eft, in decennium, *l.* 23. *ff. h. t.* adde *l.* 8. *in fin. l.* 34. *ff. h. t.* 14 Non tamen ad veteranos, *l.* 9. §. 11. *ff. h. t.* 15 *l.* 8. §. 12. *ff. h. t.* 16 Adde *l.* 9. §. 11. 12. *ff. h. t. l.* 11. *in fin.* §. *de quæstionib. l.* 33. *instr. de decurionibus.* 17 Vanæ voces populi non sunt audiendæ.

18 Etiam a magistratu: *l.* 31. *ff. h. t.* & 1. Harm. 4. *vers.* ὁ δὲ τὸν ἄλλοντα. *l.* 3. *fuspr. qui manumittere, l.* 17. *ff. qui & a quibus manumn.* 19 *l.* 10. *fuspr. h. t. l.* 8. §. *de fund. patrim. l.* 8. *in fin. l.* 34. *ff. h. t. l.* 13. *ff. de statu hom.* 20 *d. l.* 34. 21 Pœnas facile non remitti, reip. interest. 22 *l.* 51. §. 2. *verf. quod fi quis. ff. ad l. Aquil.* propter exemplum. dixi ad *l.* 8. §. 3. *in fin. fuspr. de hæret.* 23 *l.* 1. *fuspr. fent. refc. non poff. l.* 3. *fuspr. de fent. ex peric. l.* 14. *ff. de re jud. l.* 27. *ff. de pœn.* Auguft. *lib. de fato*: Justinus, inquit, *non stet suam sententiam revocare datam revocare vel mutare*: imo licet, ut & pœnam remittere. *l.* 6. §. 9. *ff. de offic. præsid. d.* §. 8. 1. *ff. quæ in pu tow.ad.* 24 *l.* 1. *C. Th. h. t.* 25 Capitalis sententia in reum prius non fertur, quam fit is confessus vel convictus. adde *l.* 11. *ff. h. t.* alias de fuspicionibus non judicatur. Accusatore non probante reus absolvendus, *l. qui accusare. fuspr. de adend.* non probat autem accusator, qui deos tantum testes habet omni exceptione non majores, veluti (si fides habenda eft ambitiosis) si laicus testis deponat adversus clericum: vel testis fit de auditu tantum alieno. vide Marsil. *conf.* 41. Goth. Adde Bollium tit. *de convictis.* & Gramm. *decis.* 8 & 9. *Menoch. præsumpt.* 34. n. 35. *fuspr. fent.* 57. *ac* 60. Mod. 26 In convictum reum, five torqueri pœlit, five non pœlit, pro modo admitti foederis fanxerdum eft. Paul. 5. *fent.* 16. §. 13. 27 Quid fi petire velit? non auditur. *l.* 3. §. 2. *ff. de liberali caus. l.* 6. *in fin. ff. de appellat.* 28 Teftium confpirante in unum confeffione quis convincitur. adde *l.* 15. *ff. de quæstion. l. ult. fuspr. de probat.* Convictus ita damnari potest, licet confeffus non fit. 29 Quidam hinc locum accipiunt ex decurione, a quo tormentis confeffio non eft elicienda. vide Cujac. *apud Paul. dict.* §. 13. 30 Confirantem concordantemque rei finem. *d. l.* 11. conspirantes concordantesque. 31 At enim hoc poffe fieri, non videtur: quod teftes unanimes fubornati præsumantur. v. *l.* 3. §. 1. *ff. de teftib.* 32 Non tantum confeffus, fed convictus punitur. *l.* 18. *ff. h. t.* Paul. 5. *fent.* 24. *Arreft.* 9. *artic.* 1. Paul. 5. *fent.* 16. §. 13. 33 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 60. *Ecl.* 54. περὶ μετανοίας ἐφέσεων. *c.* 52. 34 In ludum vel metallum, *d. l.* 2.

35 De inscriptionibus frontis, manuum, furarum, vide quæ alias retuli ad *l.* 13. *ff. de teft. l.* 1. *in fin. ff. de fugit.* Up. *l.* 8. 11. adde Boëthium *lib. de conflatione.* Cic. *pro Rofcio Amerino*, Senec. 3. *de Ira*, Cujac. 7. *obf.* 13. 36 Facies ad ftimilitudinem pulchritudinis cœleftis: de alibi usus, id eft, unde cujusque imago cognoscitur, *l.* 44. *ff. de relig.* Crefcit enim injuria, fi quis in facie aut mala perpetiatur. *l.* 16. §. 6. *ff. de pœnis.* 37 *l.* 4. *Cod. Theod. h. t.* 38 Vide *l.* 16. *in fin. fuspr. h. t.* 39 Ratio decidendi: eft & alia ratio in *l.* 15. *fuspr. h. t.* 40 In gravioribus cauffis ultio non eft differenda. *l. pen.* 3. *de cuftod. l.* 6. *l.* 9. *ff. de iniuffis, rupt. & irrit. l.* 16. *in fin. ff. ad l. Corn. de ficar.* etiamli reus dicat, fe habere, quæ principi referat, falutis ipfius cauffa. *l.* 6. *ff. h. t.* differtur tamen in prægnante muliere. *l.* 3. *ff. h. t.* & fervo, qui rationes geflerit domini, *l.* 1. *inft. de bon. profcr.* Imo cauffa cognita femper differri poteft, vide *l.* 20. *l. h. t.* Imo non femper, cum *d. l.* 3. in fin. 20. cauffis fit fpecialis. 41 *l.* 3. *C. Theod. h. t. l.* 38. *l. de decurion.* 42 *d. l.* 3. §. 5. 6. *de pœn.* vide *l. ult. ff. de exauct. fut.* 43 Vide quæ dixi ad Nov. 5. Imo negotiatione alicui interdici poteft, *l.* 9. §. 10. *ff. h. t.* 44 *l.* 13. *Cod. Theod. h. t.* Goth. Rationem hujus legis vide apud Duaren. *de Sacr. Eccleſ. miniſter. cap.* 2. *in fin.* Anl. Adde Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 4. *cal.* 334. *num.* 6. Bofi. *tit. de homicidio. num.* 11. Cujac. *ib.* 5. *obſerv.* 9. S. I. 45 Hujus conſtitutionis inſtar fuit D. Anthoninus 7. *Decem.* a Sidonio Apollinari 2. *epiſt.* 11. tribuitur SC. Tiberiano, *Ex vetere*, inquit, *SC. Tiberiano* 30. *ite ſutum poſt ſententiam trahit.* Idem refert Tacitus 3. Suetou. *in Tiberio c.* 75. In eo tantum difſimiles, quod x. tantum dierum mentionem faciunt, & haud dubie famoſiſſima eſt conſtitutio; nam talis diſtatio poteſt *Dion, ab eo ſevere præcepta, modica dilatione emolliebantur.* Superi ribus convenit illud Seneca in Agamemnone, *Da tempus ac ſpatium tibi: Quod ratio nequit, ſorte fanabit mora.* Hanc conſtitutionem revocavit Nicephorus Botoniates περὶ τῆς μὴ ἐνεδρεύειν τοὺς ἀμφόδων γινόμενα ἐφεσιτικὴν ποινήν. Euſtathius μετὰ λ ὑπόσον ἡ ὀργὴ τοῦ βασιλέως ἀυστηρὰ. Scio multis probabile, ab hinc decennio, noſtræ conſtitutionis rationem ſuggeſtam cuidam Principi a nobiliſſimo quodam Hercle, quem nunc, eſt meritiſſimum, nominare tamen non velim. adde Cujacium 5. *obſ.* 9. & 20. *obſ.* 32. 46 Damnato a Principe iraro, dantur juſti dies triginta. 47 Vide *l.* 2. *fuspr. de ſentent. ex peticule*: Imo ſuſpendi non debet. *l.* 15. *fuspr. h. t.* non eſt differenda, ſi ab ipſo judice ſententia lata ſit. Aliquin ſententia revocari poterit. *l.* 15. *h. t.* differenda eſt: ſi ab ipſo principe, quis adhibita dilatione ſuprius ſit. ut ſtetatur. 48 *l.* 14. *C. Th. h. t.* 49 Alias parſimoniæ præſidium ſpecta. 50 *l.* 18. *C. Th. fuspr. de donation. inter vorum.* 51 Bonorum Imperatorum conſtitutio hæc eſt: aliquin lub malis, ne quidem propinqui & familiares fatis tuti ſunt. vide *Nov.* 12. *in pr. Nov.* 123. *c.* 12. *Nov.* 134. *c.* 8. 52 *l.* 22. *C. Th. h. t.* 53 Tempus exiliorum temporalis currit reo in carcere agenti. facit *l.* 25. *ff. h. t.* Carcer pro exilio cedit. Pœna exilii quis liberatur ob carceris diuturnitatem. vide Tiraquel. *tract. de pœnis, cauſa* 41. 54 *l.* 24. *inſr. h. t.* vide *l.* 8. *ff. de poſtuland.* vide Papon. 24. *Arreſt.* 9. *Arreſt.* 1. 3.